quenti Marcio XI kl's Aprilis multis vocatis prelatis cum cardinalibus in privato consistorio ordinem Templariorum cassavit. III° autem[a] die Aprilis MCCCXII fuit II[a] sessio concilii et predicta cassacio coram omnibus publicata est. Tercia sessio fuit pridie non. Madii Fuitque concilium protractum quasi m(enses) VII. Eodem anno X kl's Jan. fecit terciam ordinacionem IX cardinalium. MCCCXIV ad consistorium produxit constituciones prius editas et intendebat VII um librum decretalis componere s(ed) morte preventus non potuit.

III[a] particula de quibusdam contingentibus[b)]

[M] illesimo[c] ~~CCXC~~ CCXCIX Saraceni Armeniam CCXCIX discurrerunt castra et loca fortissima occupantes. Rex autem frater Iohannes se cumque in montibus salvans in arto positus Tarta[ro]rum[d)] implorat auxilium eosque contra Sarracenos instigat[g] deus[e)] plurimam habituros predam. MCCCI Ferrarie corpus cuiusdam arma[ni][f)] quod veneracioni a quibusdam habebatur, mandato inquisitorum exhumatum et combustum est. MCCCV Clemens confirmavit regem Aragon(um) in regno Sardinie et ille iuravit pape[g)] fidelitatem pre[ ] dicto regno promittens sub iuramento ascendere dictam insulam de mense Septembri proximo futuro.

a) a' c

b) Die Überschr. gl. r.

c) Raum für Initiale am Rande schwarz m

d) tartaz c

e) oudeis c

f) armai c

g) tir c (predto); pro dicto